Fragmentarium

& terram · mare & omnia que in eis ſunt ;
Reſpondit quidã legiſ conſultor · qui
adſtabat claudio ·- & dixit uoce clara
ad beatum ualentinum prẽbm ·,
Et quid diſputaſ de deo ioue · uel mer
curio ·- Reſpondit ualentinuſ prẽbt
& dixit ; Homineſ miſerrimoſ & tur
peſ · qui tempore uitę ſuæ ſemꝑ in in
munditiiſ · & delectationibuſ · &
contumeliiſ corporũ ſuorꝝ male
uixerunt ; Sed oſtende mihi genea
logiam eorũ · & uidebiſ quã turpeſ
fuerint ; Reſpondit legiſ conſultor ·-
uoce clara exclamanſ ; Blaſphemauit
deoſ · & gubernatoreſ rei publicę ;
Eodem die claudiuſ patientẽ magiſ
audiebat ; Et reſpondenſ ad ualen
tinũ ·- dixit ; Si xpſ dſ · ẽ · quare illm̃
non diuulgaſ qđ uerũ · ẽ ·- Reſpon
dit ualentinuſ prẽbt & dix̃ ; Audiat
pietaſ urã ; Tu uero audi me rex ·-
& ſalua erit anima tua ·- & reſ pub-
lica tua · augebitur · & inimici tui
extinguentur · & tu in omnibuſ uictor
eriſ · & hic regno frueriſ · & in ſclo fu
turo ; Hoc tantũ conmoneo ·- ut pe
niteariſ de ſanguine ſcõrũ quẽ effu
diſti ·- & credaſ xpm̃ · & baptizeriſ
& ſaluuſ eriſ ; Reſpondit claudiuſ ·-
& dixit adſtantib; ſibi ; Audite ciueſ
romani ·- & coetuſ rei publicę · quã
ſana doctrina · diuulgatur ab homine
iſto ; Reſpondit calphurniuſ ꝑ
fectuſ ·- & dixit uoce clara ; Seduc
tuſ eſ princepſ in doctrina falſa ;
Etſi iuſtũ · ẽ · ut derelinquamuſ quod
a cunabuliſ nriſ colimuſ & adorauimꝰ ·-

uoſ iudicate ; Eadem hora mutatũ · ẽ ·
cor claudii ·- & cũ triſticia tradidit eũ
calphurnio ꝑfecto dicenſ ; Patient
audi eũ ·- & ſi ſanum conſiliũ non · ẽ ·
qđ declarat · fac meũ quod in ſacri
legũ legeſ ꝑdixerunt ; Sin uero ·- au
diatur iuſta poſtulatio euiſ ; Tunc
calpurniuſ prefectuſ ſuſcipienſ
ualentinũ prẽbm ·- dedit eũ cuidã
aſterio principi ſuo dicenſ ; Si po
tueriſ eũ mollibuſ ſermonibuſ hu
miliare ·- intimabo doctrinã tuam
claudio · & eriſ euiſ amicuſ ·- & mul
tiplicaberiſ diuitiiſ & facultatibuſ ;
Accipienſ autẽ eũ aſteriuſ ·- duxit in
domũ ſuam ; Quidũ introiſſet in
domũ aſterii ualentinuſ prẽbt ·-
genibuſ poſitiſ orauit dicenſ ; Dſ
omnium rerum uiſibiliũ & inuiſibiliu
factor · & creator generiſ humani ·-
qui miſiſti filium tuũ dnm̃ ihm̃ xpm̃ ·
ut noſ de ꝑſenti ſclo liberareſ ·- & de
tenebriſ ad lucem ueram ꝑducereſ ·-
qui nobiſ ꝑcipienſ · dixit · uenite ad
me omſ qui laboratiſ & onerati eſtiſ ·
& ego reficiam uoſ ·- tu conuerte domũ
hanc ·- & dona ei lum̃ poſt tenebraſ ·
ut cognoſcant te dm̃ · & xpm̃ in unitate
ſpſ ſci in ſcla ſclorũ am̃ ; Audienſ
hoc aſteriuſ princepſ ·- dixit ad ualen
tinum prẽbm ; Miror prudentiã tuã ·-
ut dicaſ quia xpſ ueſter lumen eſt ;
Reſpondit ualentinuſ uoce clara dicenſ
Et uere ·- quia dnſ ihſ xpſ · qui natuſ · ẽ ·
de ſpũ ſcõ ·- & de maria uirgine · lum̃
uerũ eſt ·- qui inluminat omnẽ ho
minẽ uenientẽ in hunc mundum ·

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. A 94.12, 4r – Passiones et Homiliae sanctorum
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-vfyk/5161/49407)